



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De paruulum animabus qui sine baptimate moriuntur. iii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAO

quasi iterum Christum crucifixerint, septem annos po-
teant, quartam, & sextam feriam, & tres Quadragesimæ
pœniteant. Si pro vitio aliquo fuerit, similiter. Si pro ni-
ditia putauerint, tribus annis similiter pœniteant.

*De paruolorum animabus, qui sine baptismate mo-
riuntur. Cap. LII.*

Ex epist. Grego. **I**n extremo verò epistolæ requisisti quid eis responde-
dum sit, qui dilectionem tuam de paruolorum anima-
bus requirunt, qui sine gratia baptismatis moriuntur,
pta Secū- centes: Si corpus originali tenetur culpa, vnde anima
dino ser- à Deo datur rea erit, quæ adhuc in actuali delicto non
uo Dei re sensit corpori? Sed hac de re dulcissima mihi tua cha-
cluso. **tas** sciat, quia de origine animæ inter sanctos patres
quisitio non parua versata est, sed utrum ipsa ab Ad-
descenderit, an certè singulis detur, incertum remanet
eāmque in hac vita insolubiliter fassi sunt esse queſti-
onem. Grauis est enim quæſtio, nec valet ab homine co-
prehendi: quia si de Adæ substantia anima cum can-
nascitur, quur non etiam cum carne moritur? Si ve-
cum carne quæ ab Adam prolata est, obligata pecca-
tentur. Sed quum hoc sit, incertum non est, quia
sacra baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis
ma originalis peccati vinculis est obſtricta. Hinc en-
scriptum est: Non est mundus in conspectu eius, u-
nius diei infans super terram. Hinc Dauid ait: In
quitatibus conceptus sum, & in delictis peperit mea
ter mea. Hinc ipsa Veritas dicit: Nisi quis renatus fu-
rit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum pe-
lorum. Hinc Paulus apostolus ait: Sicut in Adam omnes
moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Quo-
ero infans qui nihil peccauit in conspectu omnipotens
tis Dei esse non valet mundus, quur Psalmista ex lego
mo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus est? Quo-
nisi quia qui mundatus aqua baptismatis non fuerit mu-
ndus non est? Quur in Adam omnes homo moritur, si
ginalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus hu-
manum in parente primo velut in radice putruit, ani-
tatem erexit in ramis, & inde omnis homo cum peccato
nascitur, vnde primus homo permanere voluit in pe-

cato. De his autem subtilius ac latius loqui debueram, sed dum me & curarum tumultus præmunt, & harum portitor ut laxaretur importunus extitit, vnde multa debui, pauca locutus sum.

De energumenis baptizatis. Cap. LIII.

Energumeni baptizati de purgatione sua curantes, si *Ex cœcil.*
se solitudini clericorum tradunt, monitisque ob- Arausice,
temperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius *cap. 13.*
virtute vel muniendi ab incursu dæmonis quo infestan-
tur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vitæ purgatio.

De energumenis & catechumenis baptizandis.

Caput LIII.

Energumenis & catechumenis in quantum vel neceſ- *Ex eodē*
ſitas exegerit, vel opportunitas permiſſerit, de ba- *cap. 14.*
ptismate consulendum.

De rebaptizatis. Cap. LV.

CVM rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo par- *Ex cœcil.*
ticipent. *Euerdēsi,*
cap. 14.

De presbytero qui recte baptizatum denovo baptiza-
uerit, et non recte baptizatum ab hereticis non
baptizauerit. Cap. LVI.

Episcopus aut presbyter si eum qui secundum verita- *Ex cœcil.*
tem habuerit baptismā denovo baptizauerit, aut si *Lugdunē,*
pollutum ab impiis, & non recte baptizatū nō baptizau- *cap. 47.*
erit, deponatur, tanquam deridens crucē & mortē domini,
nec sacerdotes veros à falsis sacerdotibus iure discernens.

Ut diaconi suam mensuram custodiant. Cap. LVII.

Diacones quoque propriam constituimus seruare men- *Ex decre.*
suram, nec ultra tenorem paternis canonibus depu- *Gelasii*
tatum, quipiam tentare permittimus: nihil eorum suo *papæ ca.*
ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus pro- *7.*
priæ decreuit antiquitas. Absque episcopo & presbyte-
ro baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis officiis
longius constitutis, necessitas extrema compellat, quod
& laicis Christianis facere plerumque conceditur.